



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Iudicium temerarium

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

IVDICIVM TEMERARIVM.

Iudicium temerarium i. **T**udicium temerarium sit, cum quisabsque sufficienti fundamento iudicat malum de proximo suo, raro mortale.

mero mortale. eumque apud se vilipendit. Et que ex suo genere peccatum mortale contra iustitiam*, si concurrut haec tria, quod scilicet quis deliberat iudicet, sine sufficientibus indicis, & asseneranter ab illo vila formidine: quae omnia cum ratione simul concurrent, raro peccatum mortale iudicij temerarij committitur. Vide Tannerum in 21:disp. 4. quæst. 3. dub. 2. num. 39. Valentia tom. 3: disp. 3. quæst. 4. punct. 3. & alios parte 3. tractat. 5. resolutione 31. post medium.

Admittit paruitate materia? 2. Excusat quoque paruitas materiarum, ut si quis temere iudicaret in re leuis momenti, peccat et solum venialiter. Ita Lessius lib. 2. c. 29. dub. 2. num. 14. qui putat esse solum veniale, temere iudicare,

quod aliquis sit spiritus filius Iudæi &c. Sed hoc negant Escobar de purit. & nobilit. part. 1. quæst. 8. §. 2. num. 33 & alii; quia, quamvis prædictæ qualitates sint mere naturales, cum tamen apud nos afferant secum infamiam, & reputationem lædant, sunt materia gravis. Vtique sententia est probabilis. part. 5. tract. 5. resolution. 68.

Et semper est eiusdem speciei insimæ, unde non est necessario explicanda in Confessione diversitas personæ, vel mali iudicati, nam moraliter omnia aduersantur yni iustitiae commutativa in specie insimæ. Quod etiam dic de detractionibus & contumeliis. Ita Sancius disp. 5. num. 10. part. 3. t. 4. ref. 67. §. In ref. 28. Vide verb. Circumstantia, num. 33.

IVRAMENTVM.

Iuramentū 1. de scriptio. Species. 1. **V**ramentum est, Dei, in aliquius dicti confirmationem inuocata.

tio. Quadruplex est. Assertorium, in quo aliquid praesens, vel præteritum affirmatur, aut negatur. Promissorium, in quo aliquid iure iurando promittitur. Commimatorium, in quo promittitur malum poenæ. Execratorium, in quo aliquid siue promittendo, siue assertando affirmatur, vel negatur, apponendo sibi poenam.

2. In iuramento tres conditiones requirentur, veritas, iustitia, necessitas. *Et requisita.* Veritas mendacio opposita, quæ ad iuramentum requiritur est, cum homo dicat, quod sentit, siue in re ita sit, siue non. Igitur si iurans aliquid, putat ita esse in re, iuramentum iustum est, etiam si re vera non ita sit*. Imo in foro conscientiaz potest quis iurare, quod à viro fide digno audiuit, quod tamen non sufficit in exteriori iudicio, in quo testis tenetur reddere rationem sui dicti, & alij sunt testes de dicto, alij de causa scientiae. Ita Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. c. 4. num. 13. p. 4. tr. 4. ref. 77. & obiter olim in p. 3. tr. 1. ref. 66. in fine.

3. Sed an licet inducere aliquem ad iurandum falso, quod tamen ipse ex est liceo in iugorantia verum putat? Negat Azorius tom. 1. lib. 10. c. 11. quæst. 2. quia præcepit quæ ad iuratum de non committe aodo criminis, obviandum falso, etiam ad vitandum crimen in altero, seu ad non inducendum alium ad a. ipse existit. Etum materialem talis peccati. Sed contraria sententia Hurtadi in 2. 2. disp. 173. sect. 17. §. 199. est probabilis, quia proximus auctor non inducitur ad actum formaliter malum, cum ille non peccet iurando, nec materialiter, quia materia hic & nunc potius est bona, quam mala, quia est actus Religionis, & honoris Dei, non iniuria. Non enim induco ad iuramentum falso, quia hoc iuramentum est moraliter verum. Nec ipse teneor illum hominem veritatem docere; si enim non teneor veritate illius peccatum cum meo gravi damno, multo minus teneor veritate ignorantiam, quæ non est peccatum. part. 5. tract. 7. resolutione 14.

4. Contra vero, ait idem Mendoza *Minimorum* sect. 15. §. 200. non licet inducere aliquem ad verum adiu-